



SCHOLASTICI

Edidit istud opus tempus quorum, quia muro depictum nomen, seriemque excerpfit eorum Et vitæ partem (1) lecta moderamina, partem (2)

Colligit aure sua, biblis glomerare fuetus. Aderiti capite scripsit, calce, & Petronacis Utrius medio componens corpus opusculi, Quatuor undecies Patriarcharum sapienter Exarans cuiusque munus (3) linguæ, modera-

men Magnificum, regulans auditaque, lectaque, certa

Obtutu vigili (4) studioque incerta reliquit. Instar agens cupidi quærentis litore curvo Terrigeri Padi refluentis, fulva metalla Acre sibi, qui delectu conculcat arenam Quorundam, nigrum fundens, chartæque li-

quorem, Sancta beatorum pandens miracula vulgo Nobiliter sermone locavit arundo sonora, Multiplici cuius quantum fuit aure relatu Veridico plenus, quàm sed titubans aliorum Maluit is compro breviter sermone monere Sicut ovans sedens transtris, & pocula fumens Lancibus adlatis, fartis, & carmina ructans Suspiciens placidum Cœlum, nauta ore fereno Equora tonfils certatim vela secundis Flaminiibus tribuit decurrens vitrea rura

Quando timore caret scopuli, nec conspicit arva,

Nec tangit demissa tenax alto anchora Syrtis. At mœtus densis Cœlum cum nubibus atrum Per vacuum quoniam cursantes undique ven-

tos Conspicit, aut scopulum spectat, vel cominus esse,

Tum remis cursum trahens, & vela deorsum, Et navim timidus nechtique rudentibus agens, Demissoque (5) Mari plumbo uno restibus (6) unco

Exoptat multum cupiens statione potiri. Cum suis (7) haud fecus is voluit sermone locale

Multiplici uberius passu, (8) comensque loquelam

Magnifico auditu lætus, famæque priorum, Alloquitur laxis, qui glorius oris habenis; Infcius auditus, aptavit paulula verba Deposito fastu, fandi stricto ore, loquaci Veridico breviter, sermoneque promere eorum. (9)

OBSERVATIO SEPTIMA.

Descripti reliqui versus id ferè intendunt, ut Pontificalis libri condendi rationem ab Agnello observatam in medium afferant. Primo scilicet loco fontes, ex quibus Historiæ materiam ebibit, aperit Scholasticus, qui ferè fuerint Seniorum testimonia juxta Mosis monitum Deut. 32. interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, majores tuos, & dicent tibi, quæ quidem explicare conatur prioribus versibus; picturæ, & musica, quæ sedulus exquisierit, & ex illis non modo Anzistitum effigies, sed muro depictum nomen, seriemque excerpfit eorum, ac demum Libri. Id ferè prosequitur usque ad versum sexagesimum quintum. Quatuor proximè sequentibus totius Libri contenta brevi sermone concludit dicens in Ale-

- (1) partim. Mur.
- (2) partim. Mur.
- (3) manus. Mur.
- (4) vigilans. Mur.
- (5) Demissisque. Mur.

rito captum, finiendum in Petronace, corpusque medium quatuor undecies Pontificum vitas complexurum; Pontifices enim medi inter Aderitum, ac Petronacem ipsum quadragesimum quartum, conficiunt numerum. Ac ita quidem Scholasticus iste futurum fore credebatur; veram Agnellus, & Petronacis vitæ, successoris ejusdem Georgii aliam adjeicit, quam, Petronacis vitæ deperdita, superstitem à temporis injuria servatam habemus, jacturâ utcumque compensata vitarum non modò laudati Petronacis, sed & Valerii, nec non ex parte Sergii, Leonis, Johannis, ac Martini, quas vel acephalas, vel apodas dolemus. Si autem numero allato quadraginta quatuor ex undecim per quatuor ducto resultanti, addas virosque terminos, Aderitum videlicet, ac Petronacem, ac præterea cum postremo Georgio, omnium primum Sanctissimum Apostolicum virum, Christique Mariyrem Apollinarem, fiet integer omnium Ravennatum Antistitum numerus, quorum Vitas Agnellus scripsit, XLVIII. Qui sequuntur versus ad Agnelli fidem, judiciumque commendandum spectant; modico tamen judicio usus est Agnellus, & cum scripsit de his, quæ ad Romanam Sedem spectant, sapius, haud bona fide scripsit. Duplici autem simili assumpto explicat, quod dixerat Scholasticus; ac primò sanè.

Cupidi quærentis litore curvo Terrigeri Padi refluentis, fulva metalla.

Hinc Pado laus data, quòd non modò picis copiam ex Metrodori fide ad fontem ob arborem, quæ Pades gallicè vocata, unde flavio nomen, quod Plinius tradit lib. 3. cap. 16. ferat, sed & quòd auri scrobem aquis tumidus secum vehat, quam restuens arena, limoque mixtam in litore deponat. Id Agnelli ævo circa Ravennam factum, versus allati evincunt, quod nostris temporibus, vel desit dudum, vel fieri ignoratur. Augetur certè Padus fluminibus his, quorum aquæ id sunt præstando, ut enim de cæteris sileam, quæ ex Mutinensis, & Regiensis Ditionis montibus descendunt, metallorum, & auri etiam serobe ditari probant circum sedentium diversis in locis Podinarum non spernenda indicia, nostris etiam temporibus tentatarum. Secundum simile nautam exhibet, qui cum placidum est Cœlum, & omnia tuta circumspiciuntur, lætus relinquens vela secundis ventis, residet; at cum turbatur mare, vel scopulis latentis timor obræpit, contrahit vela, regit remos, & fundum plumbo tentatum anchorâ tenere curat, & in tuo figi. Sic & Pontificalis hujus Auctorem egisse ait Scholasticus, nam cum plura, eaque certa suppetebant, multiplice uberius sermone vela quodammodo omnia expandit, at cum hærebat, ut in proverbio est, aqua, aptavit paulula verba, & stricto ore locutus verosimilia saltem dicere sanctè est professus.

OBSERVATIUNCULA

Ad Versiculos prioribus adjectos in eodem Codice.

Versiculorum subsequentiū argumentum, ingeniumve, si ex titulo præfixo intelligere quis curet, profecto oleum, operamque perdet. Sapius itaque est lectori dimittere, & titulum, & versus, qui ita sunt comparati, ut dialogum exhibeant inter

- (6) immo vestibus. Mur.
- (7) Consecus. Mur.
- (8) passim. Mur.
- (9) coram. Mur.